



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum teneamur conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ in
volito, vt scilicet teneamur velle hoc quod scimus Deum velle.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

mur. Vno modo sic, quod si non faciamus, penã incurreremus, quod est proprie ad aliquid teneri. Et sic secundum communiorē opinionem, non tenemur ad faciendum aliquid ex charitate; sed ad faciendum aliquid ex dilectione naturali, sine qua ad minus quicquid sit, male fit. Et dico dilectionē naturalem non solum illam, quæ est nobis naturaliter indita, & est omnibus communis, ut quod omnes beatitudinem appetit: sed illam ad quam aliquis per principia naturalia peruenire potest, quæ inuenitur in bonis ex genere, & in virtutibus politis. Alio modo dicimus ad aliquid teneri; quia sine hoc non possumus finem beatitudinis consequi. Et sic tenemur, ut aliquid ex charitate faciamus, sine qua nihil potest esse eternę uitę meritum. Et sic patet quomodo: modus charitatis aliquo modo cadit sub precepto, & aliquo modo non.

Ad ix. Dicendum, quod homo conformatur Deo, cum sit ad imaginem & similitudinem Dei factus. Quamuis autem propter hoc, quod a Deo in infinitum distat, non possit esse ipseus ad Deum proportio, secundum quod proportio proprie in quantitatibus inuenitur comprehendens duarum quantitatum adinuicem comparatarum certam mensuram: secundum tamen quod nomen proportionis translatum est ad quamlibet habitudinem significandam unius rei ad rem aliam, utpote cū dicimus hic esse proportionem similitudinem, sicut se habet princeps ad ciuitatem, ita gubernatur ad natum, nihil prohibet dicere aliquam proportionem hominis ad Deum, cum in aliqua habitu digne ad ipsum se habeat, utpote ab eo effectus, & ei subiectus. Vel potest dici, quod finiti ad infinitum quamuis non possit esse proportio proprie accepta, tamen potest esse proportionalitas, quæ est duarum proportionum similitudo: dicimus enim quatuor esse proportionata duobus: quia sunt eorum dupla, sex uero esse quatuor proportionabilia: quia sicut se habent sex ad tria, ita quatuor ad duo. Similiter finitum & infinitum, quamuis non possit esse proportio, possunt tamen esse proportionabilia: quia sicut infinitum est eguale infinito, ita finitum finito. Et per hunc modum est similitudo inter creaturam & Deum: quia sicut se habet ad ea, quæ ei competunt: ita creatura ad sua propria.

Ad x. Dicendum, quod creatura non dicitur conformari Deo, quasi participantem eandem formam quam ipse participat: sed quia Deus est substantia liter ipsa forma, cuius creatura per quãdam imitationem est participatiua: sicut si ignis similaretur calori per se separato existenti.

Ad xi. Dicendum, quod similitudo & conformitas, quamuis sint relationes æquiparantia, non tamen semper utrumque extremorum denominatur in respectu ad alterum: sed tunc tamen quando forma secundum quam attenditur similitudo, uel conformitas eadem ratione in utroque extremorum existit, sicut albedo in duobus hominibus, eo quod uterque conuenienter potest dici alterius formam habere, quod significatur cum aliquid simile alteri dicitur: sed quando forma est in uno principali, in altero uero quasi secundario, non recipit similitudinis reciprocatio, sicut dicimus statnam Herculis similem Herculi, sed non econuerso. n. n. potest dici, quod Hercules habeat formam statuam: sed solum quod statua habeat Herculis formam. Et per hunc modum creatura dicitur esse Deo similis & conformis, non tamen e contra: sed conformatio cum sit motus ad conformitatem, non importat eparã.

Atia relationem: sed presupponit aliquid ad cuius conformitatem alterum mouetur. unde posteriora prioribus conformantur: sed non econuerso.

Ad xii. Dicendum, quod uerbum Anselmi est intelligendum non pro tanto, quod homo semper faciat uoluntatem, quantum in ipso est, sed quia diuina uoluntas semper de eo impletur, uel eo uolente, uel eo nolente.

ARTICVLVS VIII.

Utrum teneamur uoluntatem nostram uoluntati diuine conformare in uolito?

B Octauo queritur, utrum teneamur conformare uoluntatem nostram uoluntati diuine in uolito, ut si teneamur uelle hoc, quod scimus Deum uelle. Et videtur quod non. Paulus enim cupiebat dissolui & esse cum Christo, ut dicitur Philip. primo; hoc autem Deus non uolebat. unde ibidem subditur, scio quod manebo propter uos, si ergo tenemur hoc uelle, quod Deus uult, Paulus cupiens dissolui, & esse cum Christo, peccabat, quod est absurdum.

¶ 2. Præt. Quod Deus scit, potest alteri reuelare: scit autem Deus aliquem esse reprobatum, potest ergo alicui suam reprobationem reuelare. Si ergo ponatur alicui reuelare, sequitur quod iste tenetur uelle suam damnationem, si tenemur uelle hoc quod scimus, Deum uelle: uelle autem suam damnationem est contrarium charitati, per quam qui libet se diligit ad uitam eternam, ergo tenetur aliquis uelle contra charitatem, quæ est inconueniens.

¶ 3. Præt. Prælati tenemur sicut Deo obedire, cum ei uice Dei obediamus: sed non tenetur subditus facere aut uelle, quicquid scit prælati uelle, si sciat prælatum uelle, quod ipse faciat, nisi hoc expresse ei præcipiat. ergo non tenemur uelle quicquid Deus scit, uel quicquid Deus uult nos uelle.

¶ 4. Præt. Quicquid est laudabile & honestum in Christo, perfectissime, ac sine omni contraria permissione inuenitur: sed, Christus aliqua uoluntate uoluit contrarium eius quod sciuit Deum uelle, uoluit enim aliqua uoluntate non pati, ut ostendit oratio qua orauit Mat. 26. Pater si fieri potest transeat a me calix iste, cum tamen Deus uellet eum pati, ergo uelle quicquid Deus uult, non est laudabile, nec ad hoc tenemur.

¶ 5. Præt. Aug. in li. de Ciu. Dei dicit, tristitia est de his, quæ nobis nolentibus accidunt: sed Beata uirgo dolorem sensit de filii morte, quæ significant uerba Simeonis dicentis Luc. 2. tuam ipsius animam pertransibit gladius, ergo Beata uirgo nolebat Christum pati: Deus autem hoc uolebat, si ergo tenemur uelle id quod Deus uult, Beata uirgo in hoc peccauit, quod est inconueniens, & ita videtur, quod non tenemur conformare uoluntatem nostram diuinam in uolito.

SED CONTRA, Super illud ps. 100. Non adhasit mihi corptuum, dicit glossa, cor tortum, hær qui non uult quacumque Deus uult: sed quilibet tenetur cordis tortitudinem uitare, ergo quilibet tenetur uelle quod Deus uult.

¶ 2. Præt. Secundum Tullium, amicorum est idem uelle, & idem nolle: sed quilibet tenetur habere amicitiam ad Deum, ergo quilibet tenetur uelle hoc quod Deus uult, & non uelle quod non uult.

¶ 3. Præt. Propter hoc debemus uoluntatem nostram diuinam conformare: quia uoluntas Dei regula est nostræ uoluntatis, ut dicitur gl. sup illud ps. 32. Reclus decet collaudatio: sed uoluit diuinum est regula ois alterius uoliti, cum sit primus uoluit, & primus in Quæst. diu. S. Tho. KKK quolibet

l. p. q. 19. art. 14.

lib. 14. c. 6. in med. tom. 5.

Gloss. interli nearis ibi.

li. de Amicitia paulo ante med.

Colligi uidetur ex glossa ordinibus ibi.

quolibet genere sit mensura eorum, que sūt post, ut dicitur in 10. Metaph. ergo tenemur voluta nostra conformare diuino uolito.

¶ 4. Præter. Peccatū præcipue in peruersitate electio nis consistit: sed peruersitas electionis est quando minus bonum magis bono præfertur. Hoc autem facit quicumque uult quod Deus uult, cum constat, id quod Deus uult, optimum esse. ergo quicumque non uult id, quod Deus uult, peccat.

3. eth. c. 4. cir
et si. tom. 5.

¶ 5. Præter. Secundum phil. virtuosus est regula & mensura in omnibus humanis actibus: sed Christus est maxime virtuosus. ergo Christo maxime nos debemus conformare, tanquā regulæ & mensuræ: sed Christus uoluntatem suam conformabat diuinæ quantum ad uolita, quod omnes beati faciunt. ergo & nos tenemur uoluntatem nostram conformare diuinæ, quantum ad uolita.

RESPON. Dicendum, quod in uolito quodammodo tenemur nostram uoluntatem conformare diuinæ, quodammodo uero non. Secundum hoc enim, ut dictum est, uoluntatem nostram diuinæ cōformare tenemur, quod bonitas diuinæ uoluntati regula est & mensura omnis bonæ uoluntatis. Cum autem bonum ex fine dependeat, uoluntas bona dicitur secundum ordinem ad rationem uolendi, que est finis. Comparatio uero uoluntatis ad uoluntatem absolute, non facit actum uoluntatis esse bonum, cum ipsum uoluntatem se habeat quasi materialiter ad rationem uolendi, quæ est finis rectus. potest enim unum, & idem uoluntatem bene, uel male appeti, secundum quod in diuersos fines ordinatur, & e contrario diuersa & contraria uolita potest quis bene uelle, in finem rectum referendo utrumque. Quamuis ergo uoluntas Dei non possit esse nisi bona, & omne quicumque uult, bene uelit: tamē bonitas in ipso actu uoluntatis diuinæ considerat ex ratione uolendi, id est ex fine, ad quem ordinatur, quicquid uult qui est bonitas sua. Et ideo diuinæ uoluntati simpliciter in fine conformari tenemur: in uolito autem non nisi secundum quod illud uoluntatem consideratur sub ordine ad finem. Qui quidem ordo semper nobis debet placere, quamuis hoc idem uoluntatem possit nobis merito displicere secundum aliquam considerationem, utpote secundum quod in contrarium finem est ordinabile. Et inde est, quod uoluntas humana secundum hoc inuenitur conformari diuinæ uoluntati in uolito, quod se habet ad finem diuinæ uoluntatis. Uoluntas enim beatorum, qui sunt in continua contemplatione diuinæ bonitatis, & ex ea regulant omnes suas affectiones, utpote plene cognoscentes uniuersumque desiderandum ordinem ad ipsam, conformatur diuinæ uoluntati in quolibet suo uolito. Omne enim quod sciunt Deum uelle, uolunt absolute & sine aliquo motu in contrarium: peccatores uero, qui sunt auersi a uoluntate diuinæ bonitatis, discordant in pluribus ab his que Deus uult, ea improbant & nulla ratione assentientes. Iusti uero uoluntatem, quorum uoluntas adhæret diuinæ bonitati, & tamen eam non ita perfecte contemplantur, ut omnem ordinem uolentium ad ipsam manifeste percipiant, conformantur quidem diuinæ uoluntati quantum ad illa uolita, quorum rationem percipiunt, quamuis in eis sit aliqua affectio ad contrarium, laudabilis tamen propter alium ordinem in eis consideratum. Quam tamen affectionem non obstinate sequuntur: sed diuinæ uoluntati superponunt, dum eis placet quod ordo diuinæ uoluntatis in omnibus impletur, sicut ille, qui uult patrem suum uiuere propter affectum pietatis, quem Deus uult mori si iustus

Ar. p. præter.

fit, hanc suam propriam uoluntatem diuinæ superponit, ut non impropiam ferat, si Dei uoluntas in contrarium propriæ uoluntatis impleatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Paulus scribat distanti & esse cum Christo, tanquam per bonam; nihilominus tamen placebat ei contrarium in ordine ad fructum, quem Deus ex eius uoluntate fieri uolebat. unde dicebat, Permanere autem in carne necessarium propter uos.

AD II. Dicendum, quod quis de potentia absoluta Deus possit reuelare suam damnationem alicui, non tamen hoc potest fieri de potentia ordinata, quia talis reuelatio cogeret eum desperare. Et si alicui talis reuelatio fieret, deberet intelligi non secundum modum prophetie prædestinationis, uel prescientiæ: sed per modum prophetie comminationis, que intelligitur supposita conditione meritum: sed dato quod esset intelligenda secundum prescientiam prophetiam, adhuc non teneretur alicui talis reuelatio fieret, uelle suam damnationem absolute, sed secundum ordinem iustitiæ, quo Deus uult persistentes in peccato damnare. Non enim uult Deus ex parte sua aliquem damnare; sed finem id, quod ex nobis est, ut ex supradictis patet. ut uelle suam damnationem absolute, non esset cōformare uoluntatem suam diuinæ, sed uoluntati peccati.

AD III. Dicendum, quod uoluntas prælati non est regula nostræ uoluntatis, sicut diuina uoluntas, sed præceptum eius: & ideo non est simile.

AD IIII. Dicendum, quod passio Christi simpliciter considerari poterat. Vno modo per se, quod in se erat quædam afflictio innocens. Alio modo secundum ordinem ad fructum, ad quem Deus ordinabat, & sic erat a Deo uolita, non autem primo modo. Uoluntas ergo Christi que potest istum ordinem considerare, si uoluntas rationis, hanc passionem uolebat sicut & Deus: sed uoluntas sensualitatis, cuius est non conferre, sed in aliquo absolute ferri, non uolebat hanc passionem, & in hoc diuinæ uoluntati quodammodo in uolito cōformabatur, quando nec ipse Deus passionem Christi uellet secundum se solum consideratam.

AD V. Dicendum, quod uoluntas B. Virginis dissentit a passione Christi in se considerata, uolebat tamen fructum salutis, qui ex passione Christi consequeretur, & ita diuinæ uoluntati cōformabatur quantum ad hoc, quod uolebat.

AD PRIMVM quod in contrarium obicitur, dicendum, quod uerba glossæ sunt intelligenda de uoluntate diuinæ uoluntatis, secundum quod dicitur in ordine ad finem & non absolute.

AD II. Dicendum, quod amicitia consistit in concordia uoluntatem magis quo ad finem, quam quo ad ipsa uolita: plus enim esset amicus rebricitanti medicus qui ei uinum negaret propter desiderium sanitatis, quam si uellet eius desiderio satisfacere de uini potatione in periculum sanitatis.

AD III. Dicendum, quod sicut supra dictum est, primum uoluntatem a Deo quod est mensura & regula omnium aliorum uolitorum, est finis uoluntatis eius, scilicet sua bonitas, omnia uero alia uoluntatis eius, nisi propter hunc finem. Et ideo, diuinæ uoluntatis nostræ diuinæ uoluntati conformatur, in quantum ad primum uoluntatem omnia nostra uoluntate regulantur.

AD IIII. Dicendum, quod electio hinc in se & rationis iudicium, & appetitum. Si ergo aliquis iudicet præferat id, quod est minus bonum magis bono, ut peruersitas electionis; non autem si præferat id appetitum.

appetendo, non enim homo tenetur prosequi meliora semper in operando, nisi sint talia, ad quae ex praecepto obligetur, aliter enim quilibet teneretur sequi perfectionis consilia, quae consistunt esse meliora.

Ad v. Dicendum, quod quaedam sunt, in quibus Christum admirari possumus, non imitari: sicut ea quae pertinent ad diuinitatem eius, & ad beatitudinem quam habuit adhuc uiuitor existens, ad quod pertinet quod Christus quantum ad uoluntatem diuinam uoluntati conformabat.

QVAESTIO XXIII.

De libero arbitrio.

In quindecim articulos diuisa

- ¶ Primo queritur, utrum homo sit liberi arbitrij.
- ¶ Secundo, Utrum liberum arbitrium sit in brutis.
- ¶ Tertio, Utrum liberum arbitrium sit in Deo.
- ¶ Quarto, Utrum liberum arbitrium sit in potentia, uel non.
- ¶ Quinto, Utrum liberum arbitrium sit una potentia, uel plures.
- ¶ Sexto, Utrum liberum arbitrium sit uoluntas, uel potentia alia a uoluntate.
- ¶ Septimo, Utrum possit esse aliqua creatura, quae liberum arbitrium habeat naturaliter confirmatum in bono.
- ¶ Octauo, Utrum liberum arbitrium creature possit confirmari in bono per aliquod donum gratiae.
- ¶ Nono, Utrum liberum arbitrium hominis in statu uic possit confirmari in bono.
- ¶ Decimo, Utrum liberum arbitrium creature possit esse obstatum in malo, uel immutabiliter firmatum.
- ¶ Undecimo, Utrum liberum arbitrium hominis in statu uic possit esse obstatum in malo.
- ¶ Duodecimo, Utrum liberum arbitrium sine gratia, in statu peccati, mortalis possit uic peccatum mortale.
- ¶ Tertiodecimo, Utrum aliquis in gratia existens possit uitare peccatum mortale.
- ¶ Quartodecimo, Utrum liberum arbitrium possit in bonum sine gratia.
- ¶ Quintodecimo, Utrum homo sine gratia possit se preparare ad gratiam habendam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum homo sit liberi arbitrij.

QVAESTIO est de libero arbitrio. Et primo queritur, utrum in homine sit liberum arbitrium. Et uidetur quod non, ut n. dicitur Hiero. non est hominis uia, nec uiri est, ut ambulet & dirigat gressus suos; secundum hoc autem dicitur aliquid esse liberi arbitrij, quod est Dominus suorū operum, ergo homo non est liberi arbitrij. sed diceretur, quod uerbum Prophetae intelligitur de actibus meritorijs, qui non sunt in naturali hominis potestate.

¶ 2 Sed contra, Ad ea quae non sunt in potestate nostra, non sumus liberi arbitrij. si ergo merita non sunt in potestate nostra, non sumus liberi arbitrij ad merendum, & sic actus meritorij non procedēt ex libero arbitrio.

¶ 3 Præter. Secundum Philos. in 1. Metaphy. liberum

A est quod sui causa est: sed mens humana habet aliam causam sui motus quam seipsam. f. Deum, quia Roman. 1. super illud, Propterea tradidit illos Deus, dicit glossa, manifestum est Deum operari in mentibus hominum ad conuertendas uoluntates eorum in quodcumque uoluerit, ergo mens humana non est liberi arbitrij. Sed diceretur, quod mens humana est, sicut causa principalis sui actus: Deus autem sicut remota, & hoc non impedit, mentis libertatem.

Glo. ord. libi. sumitur: ex Aug. in li. de gratis, & li. arb. c. 1. 67

¶ 4 Sed contra, Quanto aliqua causa magis influit in effectum, tanto est principalior: sed causa prima plus influit in effectum quam secunda, ut dicitur in lib. de Causis, ergo causa prima est principalior, quam secunda, & ita mens nostra non est principalis causa sui actus: sed Deus.

Propos. 1. ro. 3. inter op. ra Arbit.

¶ 5 Præter. Oē quod mouet, est sicut instrumentum, ut patet per Commenta. in 8. Phyl. instrumentum autem non est liberum ad agendum, cum nō agat, nisi secundum quod aliquis eo uirtur. cum ergo mens humana non operetur, nisi mota a Deo, uideatur quod non sit liberi arbitrij.

Com. 35.

¶ 6 Præter. Liberum arbitrium dicitur esse facultas uoluntatis, & rationis: qua bonum eligitur gratia assistente, uel malum eadem deficiente: sed multi sunt qui non habent gratiam, ergo nō possunt libere eligere bonum, & ita non habent liberum arbitrium ad bona.

¶ 7 Præter. Seruitus libertati opponitur: sed in homine inuenitur seruitus peccati: quia qui facit peccatum, seruus est peccati, ut dicitur Io. 8. ergo in homine non est liberum arbitrium.

¶ 8 Præter. Ansel. dicit in libro de Libero arbitrio, si haberemus potentiam peccandi & non peccandi gratia non indigeremus potentia autem peccandi, & non peccandi est liberum arbitrium, ergo cum gratia indigemus liberum arbitrium non habemus.

¶ 9 Præter. Ab optimo unumquodque denominatum est, ut ex Philos. habetur in 2. de Anima: sed optimum inter humanos actus sunt actus meritorij, cum igitur ad hos homo non sit liber. arb. ga ut dicitur Io. 15. sine me nihil potestis facere, quod de actibus meritorijs intelligitur, uideatur quod homo non sit dicendus lib. arb.

C6. 49. 10.

¶ 10 Præter. Aug. dicit, Quia homo noluit abstinere a peccato cum potuit, inflicum est ei non posse cum uelit, ergo nō est in potestate hominis peccare & non peccare, & sic uidetur non esse Dns suorū actuum, nec liberi arbitrij.

¶ 11 Præter. Bern. distinguit triplicem libertatem, scilicet libertatem arbitrij, libertatem consilij, & libertatem beneplaciti, & dicit quod libertas arbitrij est, qua discernimus quid liceat: libertas consilij qua discernimus quid expediat: libertas beneplaciti, qua discernimus quid libeat: sed discretio humana per ignorantiam est fauciata, ergo uidetur quod libertas arb. quae in discretionem consistit in hominem post peccatum non remansit.

In li. de gratis & lib. arb. inter princ. & med.

¶ 12 Præter. Respectu eorum non habet libertatem, respectu quorum habet necessitatem: sed respectu peccatorum homo habet necessitatem: quia post peccatum secundum Aug. necesse est hominem peccare, ante reparationem quidem mortaliter, post reparationem uero saltem uenialiter, ergo ad peccata homo non est liberi arbitrij.

¶ 13 Præter. Quicquid Deus praescit, necesse est euenire cum praesentia Dei falli non possit: sed oēs actus humanos Deus praescit, ergo de necessitate eueniunt, & ita hō non est liberi arbitrij ad agendum.

¶ 14 Præter. Quanto aliquid mobile est magis proprium, Quæst. diu. S. Tho. KKK 2 quum